



Disputatio juridica trigesima sexta, de usuris & fructibus & causa

<https://hdl.handle.net/1874/341000>

DISPUTATIO JURIDICA
TRIGESIMA SEXTA,
DE
Usuris & Fructibus & Causa.

QVAM

D. O. M. I.

P R Æ S I D E

Viro Clarissimo,

D. ANTONIO MATTHÆO, Juris An-
tecessore Primario, in Illustri Academia Ul-
trajectina,

Publice defendet

CORNELIUS BLYENBURCH.

Ad diem Octob. 22. hora locoque solitis



ULTRAJECTI

Ex Officina JOHANNIS WAESBERGE,

Anno M. DC. LI,

Nobili, Magnifico, & Spectabili viro

D.D. NICOLAO VERBOLT, J.U.D. & CIVI-
TATIS NOVIOMAGENSIS EXCONSULI,
NEC NON AB EADEM IN COLLEGIUM
ILL.D.D. ORDINUM GENERALIUM DE-
PUTATO, AVUNCULO MEO.

N E C N O N

Generosis, Nobilissimis, Clarissimisque Viris.

D.D. HENRICO TUYL à BULKE-
STEYN, III. D. D. ORDINUM }
COHORTIS PEDITUM DUCI & }
VIGILIARUM IN LEGIONE UT } Cognatis & cura-
& URBIS BÜSCODUCENSIS, } toribus
PRÆFECTO } meis.

D.D. WOLPHARDO à BORSSE-
LEN, III. D. D. ORDINUM CO- }
HORTIS PEDITUM OPTIONI. }

Hanc disputationem Iuridicam

Affectus, & observantiae ergo

Offero, & Inscribo

C. BLYENBURCH

Resp

DISPUTATIO JURIDICA
TRIGESIMA SEXTA
De Usuris & Fructibus & Cauſa.

THESIS. I.



Et de Fœnore; adjiciamus aliquid de
usuris, quæ judicio bonæ fidei debentur.
Hæ similiter in quantitate duntaxat con-
sistunt; nec debetur nisi quantitatis nomi-
ne *l. 1. §. ult. junct. l. videamus 19. D. de u-
sur. l. cum in rem 64. D. de rei vind. Taxatio*
quoque ferè eadem est quæ fœnoris *l. eos*
26. §. super ceteris C. h. tit. Sed causæ debendi differunt.

I I.

Usuræ enim in bonæ fidei contractibus etiam ex pacto de-
bentur, dummodo initio contractui adjectum sit *l. 5. C. de*
pact. int. emt. & vend. l. ultra modum 15. C. de act. emt. l. cum qui-
dam 17. §. ex locato D. h. tit. l. Lucius 24. in fin. l. Publica 26. §. 1.
D. Depos. l. qui negotia 34 pr. D. mand.

I I I.

Si pactum interpositum non sit, veniunt ex mora per offi-
cium judicis. Tantundem enim valet in bonæ fidei negotiis
officium judicis, quantum instrictis nominatim ejus rei facta
mentio *l. qui per collusionem 49. §. 1. D. de act. emt. l. socium qui 60.*
D. pro Soc. l. qui sine usuris 38. D. de neg. gest. l. 2. C. depos. l.
quero 54. D. locat. l. cum quidam 17. §. ex locato l. mora 32. §. in
bona fidei judicis D. h. tit. Idque non solum in directis, sed &
contrariis actionibus obtinet. l. & in contraria 37. D. eod.

I V.

Debentur autem usuræ ex mora usque ad sententiam: qua-
drimestre enim tempus, quod judicatis humanitatis causa in-
dulgetur, à dependendis usuris immune est *l. in bona fidei 13.*

C. h. tit. l. ult. vers. si enim novatur. C. de usur. rei jud. Sed si intra hoc tempus non latifecerit iudicato debitor, exinde usuras centesimas præstabit fortis duntaxat, non etiam usurarum in condemnationem deductarum *d. l. ult.* Quod si appellatio interposita fuerit, non debentur interim usuræ, si non frustrandi animo, sed bona fide interposita fuerit. *l. tutor 41. pr. D. h. tit.* Nec obstat *l. negotiorum 24. D. de appel. Cuj. in d. l. 41. Hotom. in epit. h. n. 13.*

V.

Centesimas usuras etiam præstant illi qui pecunias publicas vel privatas, quas administrabant, in usus suos converterunt *l. 1. C. de usur. pupil. l. qui sine 38. D. de negot. gest. l. tutor 7. §. que autem l. non ex. stimo 54. D. de admin. tut.* Nec advertatur *l. idemque 10. §. si procurator D. mand. Rauchb part. 2. quæst. 26. n. 23. Pac. cent 2. antin. 65. Monta. de tutel. cap. 39. n. 16. & 17.* Sed an sublatum id sit per *d. l. eos. 26. §. 1. & seqq. C. h. tit.* non immerito dubitatur. Et licet Rauchbarus *d. loc. n. 27. & seqq. Giphanius in d. l. 26. Hotom. in epit. n. 30. & 31. id affirmant,* nobis tamen verisimile non videtur. *Cujac. ad tit. C. de usur. pupil.*

V I.

Si liberalitas in rempublicam collata fuerit, an perinde, ac si bonæ fidei esset pollicitatio, ex mora usuræ debentur? Negat *l. liberalitatis 16. pr. D. h. tit.* Cui non contrariatur *l. 17. §. ult. D. eod. l. 5. D. de oper. publ. Vide Duar. ad. tit. de usur. cap. 3. in fin. Donel. in l. 3. n. 6. C. eod.*

V I I.

Fundum creditori pignori dedi, ea lege, ut fructus percipiat pro usuris pecuniæ creditæ: an conventio observat legitimum modum usurarum? Non observat. *l. ex prædiis 11. l. si ea pætrone 14. l. si ea lege. 17. C. h. tit.* Nec obest *l. 2. C. de part. pign. l. 1. 2. 3. ult. C. de pign. act. l. Si domum 9. C. de pign. & hyp. l. cum debitor 8. D. In quib. caus. pign. vel hyp. tac. contr. Vide Cujac. 3. obs. 35. & 8. obs. 17. Hotom. in epit. h. n. 36. & 1. obs. 4. Donel. ad. l. 1. n. 4. C. de pign. act. Duar. h. cap. 1. Rauchb. 1. quæst. 20. n. 38.*

VIII.

V I I I.

Deberi desinant usurae ex bona fidei contractu debita, cum modis superiore disputatione enumeratis, tum solutione fortis arg. l. 4. C. de pos. l. qui per collusionem 49 §. ult. D. de act. empt. l. in bona fidei 13. C. h. tit. Cuj. tract. 2. ad Afric. in l. centum D. Quod cert. loc. Antichresis verò etiam sola oblatione debiti dissolvi videtur. Borch. de usur. cap. ult. n. 22.

I X.

Tantum de usuris: sequitur fructus. Fructus propriè redditus est, qui nascitur ex terra, vite, arbore, animalibus. Sed vicem fructuum obtinent illi redditus, qui ex corpore quidem non nascuntur, proveniunt tamen accedente aliqua obligatione: veluti mercedes & vectura, &c. quæ quia jure magis quam natura proveniunt, fructus civiles appellantur. l. videamus 19. l. usura 34. l. prædiorum 36. D. h. tit. l. mercedes 29. D. de hered. petit. l. si navis 62. D. de rei vind. l. usura 121. D. de V. S. Partus vero ancillæ in fructu non est, quia natura omnes fructus hominis gratia comparavit. l. in pecudum 28. D. l. tit. §. in pecudum Inst. de rer. divf.

X.

Debentur autem fructus in bonæ fidei judiciis ex mora l. usura 34. l. videamus 38. §. Si actionem D. h. tit. l. 3. C. In quib. caus. in int. rest. neces. In strictis vero ex die litis contestatae l. 3. §. 1. d. l. videamus D. h. tit. l. si homo 8. D. de re jud. l. cum fundus 31. D. de reb. cred. Duar. ad h. tit. cap. Qui fruct. ven. in restit. Bar. 4 manual. tit. de usur. Diff. Cujac. in l. 2. D. h. tit. lib. 6. Quæst. Papin. Hotom. in epit. h. n. 49. qui putant fructus in bonæ fidei judiciis omnimodo præstandos esse.

X I.

In arbitrariis quoque fructus ex mora præstandos verius est l. 3. §. 1. l. videamus 38. §. item si vi & §. in Faviana D. h. tit. l. sed & partus 12. l. 14. §. quadruplatur D. Quod met. caus. Baro d. loc. Cuj. ad l. 3. D. h. tit. lib. 20. Quæst. Papin.

X I I.

Præstandi autem sunt fructus vel usque ad sententiam vel

usque ad diem solutionis. Ad sententiam usque, si non ante
moram fecerit reus: tum enim tempus post rem judicatam à
dependendis fructibus immune est. Ad diem solutionis, si
ante sententiam reus in mora fuerit, *l. 3. pr. & §. 1. D. h. tit. l.*
fructus 33. D. de rei vind.

X I I I.

Et quidem si post litem contestatam fructus percepti sint,
condemnabitur reus ad eorum restitutionem, etsi nominatim
non sint petiti. Percepti vero ante litem contestationem non
veniunt in iudicium, nisi nominatim petantur. *l. 2. C. de fruct.*
& lit. expens. l. prater ea 20. D. de rei vind. l. illud quoque 40. D. de
hered. petit. l. adiles 25. §. sciendum est D. de adil. ed. l. & puto 16. §.
id quod amnis D. famil. ex cise. l. 2. l. partum 10. D. h. tit. l. si fundus
16 §. interdum D. de pign. & hyp. Donel. 26. com. 4. Costal. in d. l.
adiles. Mornac. in l. 4. §. 1. D. si serv. vind.

X I V.

In fructus fructuum perceptorum non fit condemnatio:
sicut nec in usuris fructuum *l. neque 15. D. h. tit. l. heres 51.*
§. 1. D. de hered. petit. l. eum qui 18. D. de his qua ut in indig. aus. Nec
adversantur *l. equis 8. l. equis 39. D. h. tit. d. l. heres §. ult. Cujac. in*
d. l. 8. lib. 7. respons. Papin. Hotom in epit. h. tit. n. 25.

X V.

Si perempta desertave instantia sit. dein lis instaurata, non
debet fieri condemnatio fructuum ex die primæ litem conte-
stationis, sed ex die secundæ. *Rebus. de fruct. & eor. restit. art.*
1. n. 39. & 40. Argent. ad cons. Brutan. art. 266. de interrup.
prescr. cap. 8. n. 12. Tiraq. de retract. gentil. §. 15. glof. 2. n. 19. Balb. de
prescr. 4. part. sexta princ. quest. 1. n. 45. post. Glos & Ioan. Fabi. in l.
2. C. de fruct. & lit. expens. Contrarium tenent Cyn. Bartol. Bald.
Alber Angel. Cast. in ead. l. 2. Menoch. remed. 15. recup. pos. n.
596. Copus 2. de fruct. 4. cap. 5. Fach. 1. contr. 60. Nos priorem Sen-
tentiam ita probabimus, si non culpa rei sed actoris perempta
fuerit instantia arg. l. ult. C. de prescr. 30. vel. 40. an.

X V I.

Si quis stipulatus sit vacuam possessionem sibi dari quæsi-
tum

tum an in fructus quoque condemnandus sit promissor, post interpositam stipulationem captos? Et Papinianus quidem affirmat *l. 4. D. h. tit.* Negat Pomponius *in l. 3. §. 1. D. de act. emt.* Hic alterum sequi possis: de utroque conciliando frustra laboratur. *Vide Cujac. 18. obs. 3. & tract. 7. ad Afric. in l. 37. de usur: Duar. d. loc. Donel. in conventionalibus 52. §. 2. D. de V. O. Char. 3. vers. 12. Pac. cent. 5. antin. 40.*

X V I I.

Fructus nomine continetur, quod deductis justis sumtibus Superest *l. 1. C. de fruct. & lit. expens.* Hæc regula non solum in bonæ, sed & malæ fidei possessoris persona locum habet. *l. si domino 36. §. ult. & ll. seqq. D. de hered. petit. l. sumtus 48. D. de rei vind. l. fundus 51. D. fam. l. ercisc. l. quod in fructus 46. D. h. tit.* Neque solum in fructibus ante, sed & postlitis contestationem perceptis *d. l. sumtus & l. emtor 65. D. de rei vind.* Quid si consumti vel usu capti sint? Verius est hos quoque cum sumtibus compensandos. *Barbos. ad l. divortio 8. §. fin. D. Sol. matr. n. 41. & 42. Donel. 20. com. 7. Fab. in ration. ad d. l. sumtus & dec. 26. err. 8. Sand. 3. tit. 15. def. 2.*

X V I I I.

Quid si ex ipsa melioratione fructus percepti sint, an cum sumtibus compensandi sunt? Ita videtur *Barbos. d. loc. n. 49. & seqq. Covar. 1. resol. 3. n. 4. Molin. ad cons. Paris. §. 1. glos. 5. n. 85. & 86. Menoch. d. remed. 15. n. 6. Hart. Pist. 4. quæst. 28. n. 5. Sand. d. tit. 15. def. 3. Diff. Gars. de expens. cap. 23. n. 56. Munn. 2. de ratiocin. 13. Affl. dec. 87. Gam. dec. 364.*

X I X.

Divisionem fructuum naturalium ab industrialibus tam in realibus, quam petlonalibus judiciis rejicimus. *l. bona fidei 48. D. de adq. rer. dom. l. qui scit 25. D. h. tit. l. certum est 22. C. de rei vind. §. etsi in rem Inst. de off. jud. Rebus. d. art. 1. glos. 1. n. 37. Mornac ad d. l. 25. §. 1. de usur. Hart. Pist. 4. quæst. 26. n. 14. & seqq. Gov. 2. var. lect. 15. Donel. 4. com. 25. Fab. 4. conject. 17. Diff. Cujac. d. tract. 7. ad Afric. Duar. tit. de usur. cap. Qui fruct. ven. in re sit. Hotom. in epit. h. n. 48. Pac. 5. antin. 45.*

Causæ verbum latius acceptum fructus complectitur: strictius est omnis rei utilitas & qualitas, quæ in re est; ut bonitas, salubritas, immunitas, libertas, partus, fœtus secundus. *d. l. equis 8. & l. partum 10. l. equis 39. D. h. tit. l. restituere 35. D. de V. S. l. Iulianus 17. §. 1. l. præterea 20. D. de rei vind.* Hæc similiter in strictis quidem iudiciis post litem contestatam venit; in bonæ fidei, à tempore moræ, *ad. ll. Cujac. in l. 2. D. h. tit. Hotom. h. in epit. n. 51.*

Disp.